In ii. noct. a.

stris domine. Exultate deo. s. a. c.



Qui regis israel intende: qui deducis velut ovem ioseph. Qui sedes super cherubim: manifestare coram effraim beniamin et manasse. Excita potentiam tuam et veni: ut salvos facias nos. Deus converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine deus virtutum: quousque irasceris super orationem servi tui. Cibabis nos pane lachrimarum: et potum dabis nobis in lachrimis in mensura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannaverunt nos. Deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus. Vineam de egypto trans

tulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in cõspectu eius: et
plantasti radices eius et implevit terrã.
Operuit montes umbra eius: et ar
busta eius cedros dei. Extendit pal
mites suos usqz ad mare: et usqz ad
flumen propagines eius. Ut quid
destruxisti maceriã eius: et vindemi
ant eam omẽs qui pretergrediuntur
viã. Exterminavit eam aper de sil
va: et singularis ferus depastus est eã.
Deus virtutũ convertere: respice de
celo et vide et visita vineã istã. Et p
fice eam quã plantavit dextera tua: et
super filium hominis quẽ confirma
sti tibi. Incensa igni et suffossa: ab
increpatione vultus tui peribũt. Fi
at manus tua super virum dextere tue:
et super filiũ hoĩs quem cõfirmasti tibi.
Et nõ discedimus a te: vivificabis